16

NOS D. D. *Josephus Gayan et Brasno Jurisprudentiæ doctor*, **et Universitatis Cæsar-Augustanæ** *Rector*
universis, ac singulis ad quos hoc Diploma pervenerit, S. P.

D. D.
D. Philippus Guillen
D. Marianus Laclaustra
D. Vincentius Bas
D. Egidius Garza
D. Marianus Gayan

Injuncti nobis muneris ratio postulare videtur, ut ingenuum veræ sapientiæ amorem, quantis possimus viribus foveamus, atque adolescentes scientiis addiscendis deditos, quibusdam quasi stimulis urgeamus, quo fiat, ut et Religioni, et societati utiles aliquando existant. Nec credendum aliam fuisse rationem, qua á diebus antiquis Majores nostri permoverentur, ut academicos gradus instituerent, quorum privilegiis incensi juvenes litteris et virtuti consecrarentur, atque spe sua non eos fuisse frustratos experientia docemur, cum videamus quotidie juvenes egregios publicis tentaminibus se sistere, in quibus bene peracti temporis exhibent testimonium. Hos inter D. *Anselmus á Bardagi et* natus in oppido *Graus* Diœcesis *Barbastrensis* Provinciæ *Oscensis* laudanda vitæ ratione et bonis moribus præditus, confecto annorum curriculo, et tentamine á lege prescripto pro Bachalaureatus laurea suscipienda in Jurisprudentia sic Examinatorum DD. (quorum nomina in margine apparent inscripta) dificultatibus et interrogationibus fecit satis, ut dignum eum existimarent præfato honore decorari. Hinc meritorum candidati habita ratione, creatus, ac institutus est Bachalaureus in Jurisprudentia prædictus *D. Anselmus á Bardagi et* ei gradum conferente *D. D. Philippo á Guillen* justa præscriptum in vigente studiorum methodo. Quare integrum esse volumus, ut deinceps utatur atque fruatur omnibus et singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, indultis, exemptionibus, favoribus, gratiis, honoribus, et præeminentiis, quibus uti ac frui consueverunt cæteri omnes in prædicta facultate Bachalaurei tum nostræ Universitatis, tum aliarum in Hispania. Facientes insuper eidem liberam potestatem ad exercendos quosqumque actus sive publicos sive privatos per Bachalaureos hujusmodi fieri et exerceri solitos. In horum omnium fidem hoc Diploma manu nostra suscriptum, et Universitatis sigillo munitum per infrascriptum Secretarium confici, subscribi, et tradi jussimus. Cæsar-Augustæ, die *decima nona* mensis *Octobris* anni millessimi octingentessimi cuadragessimi *quarti*

De mandato dicti Domini *Rectoris*

Dr. Josephus Gayan et Brasno
Rector

Dr. Joannes Dominicus á Cavero
Secret.º int.º

GOBIERNO DE ARAGON